Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



non agit perperam · non agit perperam · nō inflat · nō est ambiciosa · nō querit q̃ non sua sunt

tas patiens est · benigna est · Caritas ñ emulatur · ñ uritur · ñ cogitat malum · ñ gaudet super iniquitate · congaudet autem ueritati · Omnia suffert · omnia credit · omnia speratur · omnia sustinet · Caritas nunquam excidit · Siue prophetie euacuabuntur · siue linguae cessabunt · siue scientia destruetur · Ex parte enim cognoscimus · et ex parte prophetamus · cum autem uenerit quod perfectum est euacuabitur · quod ex parte est · cum essem paruulus loquebar ut paruulus · sapiebam ut paruulus · cogitabam ut paruulus · Quando autem factus sum uir euacuauit que erant paruuli · Videmus nunc per speculum et in enigmate · tunc autem facie ad faciem · nunc cognosco ex parte · tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum · nunc autem manet fides · spes · caritas · tria hec · maior autem his est caritas · Sp · lucam ·

Illo tempore · Assumpsit ihesus duodecim discipulos suos · et ait illis · Ecce ascendimus ierosolimam · et consummabuntur omnia que scripta sunt per prophetas de filio hominis · Tradetur enim gentibus · et illudetur et flagellabitur et conspuetur · Et postquam flagellauerunt occident eum · et tertia die resurget · Et ipsi nichil horum intellexerunt · Et erat uerbum istud absconditum ab eis · et non intelligebant que dicebantur · Factum est autem cum appropinquaret iericho · cecus quidam sedebat secus uiam mendicans · Et cum audiret turbam pertransire · interrogabat quid hoc esset · Dixerunt autem ei · quod ihesus nazarenus transiret · Et clamabat dicens · Iesu fili dauid · miserere mei · Et qui precedebant · increpabant eum ut taceret · Ipse uero multo magis clamabat · Fili dauid · miserere mei · Stans autem ihesus · iussit eum adduci ad se · Et cum appropinquasset · interrogauit illum dicens · Quid tibi uis facam · At ille dixit · Domine · ut uideam · Et ihesus dixit illi · Respice · fides tua te saluum fecit · Et continuo uidit · et sequebatur illum magnificans dominum · Et omnis plebs ut uidit dedit laudem deo ·

Hec dicit dominus deus · Sp · iiij · Incipit ieremias · Iohel · ppha ·

Conuertimini ad me in toto corde uestro · in ieunio et fletu et in planctu · et scindite corda uestra et non uestimenta uestra · Et conuertimini ad dominum deum uestrum · quia benignus et misericors est · patiens et multum misericors · et prestabilis super malicia · Quis scit si conuertatur et ignoscat et